



- Personalschriften -  
 = 54 Nummern, 1628.-1642. J. =

51. Albinus, M. Luv.	44. Heinrich, Sam.	35. Pucklirsch, Jos.
32. 33. 34. } Baldwin, Friedr.	46. Holtzmüller, Joh.	41. Quellmaltz, Luv.
42. Bamberg, Luv. d. J.	29. Horlemann, Andr.	8. Röber, Sabina
26. 27. } Barthmann, Joh.	49. Hülsemann, Johann	45. Schindler-Berg
4. 5. } Biener, Christ.	50. Hlshner, Paul	43. Sperling, Paul
40. Braun, Valmt	7. Johann Georg, Kerfützt	18. Ströer, Matth.
20. Coler, Johann	21. Kirsten, Mart	1. Treutzsch, Chris u. a.
22. Cramer, Theod.	17. Liborius, Joham	11. Ull, Johannes
24. Crusius, A.	16. Macht, Michael	12. ders.
48. Ehrenhold	3. Neefe, Joh. Cusp	25. Wagner, Gotth.
23. Emmerling, Sam.	13. Nigrinus, Wilt	6. Weber, Paul
52. 53. } Ferdinand III	14. ders.	31. Wächinger, Joh.
10. Gärtner, Paul	15. ders.	39. Weiskopff, Joh.
47. Gotterrichtungen nach Ovidischer Art	36. Plattner, Georg	9. Weller, Jakob
2. Graul, Daniel	37. Polonius, Raph	19. ders.
28. Graul, Daniel	38. ders.	30. ders.

Εὐφροσύνη γαμινῶν  
 IN SOLENNITATEM NUPTIARUM

*Reverendi ac Doctissimi*

VIRI JUVENIS

Dn. VALENTINI Braune /

Ecclesiæ Christianæ in Gre-

vèna inferiori Pastoris fidelissimi,

SPONSI:

&

*Honestissima ac Pudicissima*

VIRGINIS

URSULÆ,

VIRI INTEGERRIMI

Dn. FABIANI HEBERS/in oppido Rochlitz

civis conspicui, Filiae dilectissimæ,

SPONSÆ,

*Nuncupata & conscripta*


ab

Affinibus, Fautoribus & Amicis,

*die V. Novembr. Anno ἡς χειρονομίας, quò*

VALENTINVS BRAUN Pfarr-Ampts VerVVALTER zV

Nieder-Gräfenhain salutatur.



LIPSIÆ,

Typis HENNINGI KÖLERI.



**N** URSELLA TIBI venit in tua retia,  
 BRAUNI,  
 Quâ TIBI non alia est præda petita  
 magis.  
 Felix iccirco TIBI sit VENATIO talis,  
 Silva TIBI felix, quâ FERA capta jacet.  
 Ludite, quò veniat vobis URSELLULA MULTA,  
 BRAUNIOLI MULTI sint sedeantq; sinû.

*Ἐυφρόμως καὶ γνησίως*  
*allesi & accinui*

M. Benjamin Starck/Pastor Mittvveidensis Ecclesiæ, & Ephoriæ Chemnicensis Adjunctus.

**S**it thalamus felix, & ab omni parte beatus,  
 Eveniant nuptis prospera quæq; novis,  
 Atq; novis sponsis DOMINVS benedicat, & omnes  
 Illorum gressus dirigat ipse DEVS.  
 Omnia det VOBIS quæcunq; optatis, I O V A,  
 Et vitæ aternæ gaudia adite senes.  
 Hoc precor ex animo, rata sint mea vota, petitis  
 Addas, CHRISTE, rogo, plura benigna meis.

M. Valentinus Braun/Pastor in Alt-Mittweide/ Sponsi Parens.

**H**Oc fuit antiquis consueto more receptum,  
 Gaudia si thalami concelebranda forent:  
 Scilicet argutum convivæ solvere iussi  
 Ænigma, ut flueret lætior illa dies.  
 Horum ego, cùm placeant, vestigia trita secutus,  
 Hoc thema solvendum jam, Neonymphe, dabo.  
 Quæso

Quæso? quid hoc dicas, Devoto pectore Servus,  
Qvi Dominum ob munus sollicitabat, erat.  
Nobilis hic Dominus, dono hoc licet ipse careret,  
Illa Tamen Servo dona petita dedit.  
Ut dedit, à servo Dominus quid poscere rursus,  
Servus at ille carens hoc, tamen ipse dedit.  
Edat festivo servus nova gaudia plausu,  
Se diti à Domino dona tulisse suo.  
Plaudat jo Dominus quod jussa capessere servus  
Ex animo duxit fasq; piumq; sibi.

M. Christophorus Grosch/  
Pastor in Rohren.

---

ValentInUs BraUne, In Pago  
NIDergrefeM Pastor,  
est SponsUs:  
UrsULA HeUr  
est Sponsa.

*Anagrammatico-chronodistichon nullam  
literam elidens.*

*Ad Neogamos.*

**N**ubere fas; heUs angens annUs! tenDite SVrsVM,  
ProLes sIt gnaUs, prospera pLVra toro,  
*Adagium.*

*Fumantem ursi nasum ne tentaveris, laß einen Beeren auff  
der Nasen vngerumpelt / er leidets nicht.*

*Ad Sponsum.*

*Os, Nasum, ventrem quamvis tentaveris Ursa,  
Se tibi submittet ferre virile iugum.*

Ursula  
ἀὐρα γαμψα  
L A U R U S.

A 2

Ad

*Ad Sponsam.*

*Nomine adhuc non re tu diceris VRSVLA, LAVRVS  
Vix dabitur, si vis degenerare, Tibi.*

Unter dero Hochfürstl. Gnaden Prinz von  
Branden/ weissen vnd rothen Leib-Regiment

Jan Samuel Dresort Leutenant/  
Im Quartier Leyden/d. 26, Oct.

Anno 1638.

---

**P**AUCOS versiculos poscis, dilecte VALENS, me,  
Dum sacrum thalami fœdus inire paras.  
En do, vota ferens summum flectentia JHOVAM,  
Floreat ut vester prosperitate thorus:  
Christe novis sponfis solitâ bonitate faveto,  
Ne Turbet thalami fœdera casta Sathan.  
Pervolet auratis thalamum Pax aurea pennis,  
Sit sine bile, thorus, prole referta domus.  
Exulet Asmodus Lis, tristis Erinny & Ate:  
Adsit Eros, Charites, Gratia, Vita, Litæ.  
Vivat uterq; diu, completo Nestoris ævo,  
Vivere in æthereâ, da bone CHRISTE, domo.  
Tu λόγε, Gnate DEI, perceptis annue votis,  
Daq; aliquod precibus pondus inesse meis!

*M. Caspar Höeflerus, P. L. Pastor  
in Franckenaw.*

Thren. cap. 3. v. 22.

Quod non consumpti sumus, in nihilumq; redacti,  
Acceptum ferimus, IHOVA Triune, Tibi.

*Idem f.  
Blanda.*

**B**Landa fovet dum Te jucundi Mater Amoris,  
 Blandaq; solennis gaudia præbet. Hymen.  
 Gratamur meritò, votisq; implemus Olympum,  
 Fortunet tædas ut DEUS ipse tuas.  
 Omnipotens castum votis aspiret amorem,  
 Mutuaq; æterno fœdere corda liget.  
 Ut vestras primo mentes quæ junxit amore,  
 Duret ad extremos vivida flamma rogos.  
 Gaudeat amborum stirps clare propagine, discat  
 Clarum serus avum nosse Patremq; nepos.  
 Nec prius absistat se gloria tollere cælo  
 Amborum, donec corruat orbis opus,  
 Hæc precor, hæc opto, votis DEUS annue, firma,  
 Quæ Tenuj versu claudere, cura fuit.

*Sponsi Affinis*

*Achatius Hager / Pastor Longo-Leu-  
banus & Neo-Mörbicensis.*

**Q**uestio, SPONSE, fuit, cur Heuers VRSULA, ab urse  
 Nomine dicta fero, sit TIBI ducta thoro?  
 Questio difficilis, fateor, sed digna relatu,  
 Si modò sit verbi prævia norma Dei.  
 VRSULA dicta quidem Sponsa est, tamen efferata non est,  
 Ausis VRSA suis ceu truculenta solet,  
 Agresti neq; nata fuit de plebe, nec inter  
 Capripedes Satyros, montivagasq; feras;  
 Nec mores incompósitos immitè figurat  
 Unquam, nec vultu seva videnda Tibi est.  
 Sed blanda humanis est VRSULA moribus, urgens  
 Sermones placidos, queis reparatur amor.

A 3

Mitis,

Mitis, amica, tuis amplexibus oscula figit,  
Mansuetæ mentis dans documenta tua.  
Quin immò vero si constet id omine nomen,  
Versa anagrammate vox, *URSULA*, *LAVRUS* erit.  
Illa etenim veluti stabiles fert frondis honores,  
Et baccis Phœbo est sacra dicata suis:  
Sic pietatis honor, probitas spectata, fidesq̃,  
Constans, sunt *SPONSÆ* dulce monile *Tua*.  
Nulla venenata ledunt hanc toxica lingua,  
Virtus victrici mente mala exuperat.  
Sic faustâ longos vivetis sorte per annos.  
Sic generis vestri magna propago aderit.  
Nunceat, & rogitet, fieri qui certior optat,  
*URSULA*, Sponse, tuo cur Tibi ducta thoro?  
Georgius König / Pastor VViederæ  
viensis.

---

**C**Haris gratamur Sponsis de pectoris imo,  
Pacati optamus prospera fata thori.  
Vivant felices centum Tithonia secla,  
Tempora cornicis; Nestoris atq; dies.  
Insimul his mentem sanam, cum corpore sano  
Servet, & admittat prospera fata *DEUS*.  
Quin *VOBIS* tædæ sint faustæ, & prole beatæ;  
Melleus adsit amor, fellea desit Eris,

*Εὐνοίας ἔνεκα faciebat novis  
Sponsis*

Petrus Böttiger / Pastor  
Flemmingensium.





Ἄντιρροφή  
Παράγετε τέκνα Χαρῆς,  
πυροβόλε Κνιδίη,  
ἀδυμελές χάρις"  
ἢδ' ἔρως χαρῆς γιωτοῖς  
καὶ Γαθοσύναη καὶ Παίγνια.  
ἐπωδὸς

Ὅτε μὲν μοῖσαις  
κ' ὕμνῳ Φίλῳ Βραύνιῳ  
μελιρρύτω Νύμφῳ  
ἔλθῃ νυ συνασιασόμεν.

Εὐφημῶμεν Φίλτατοι,  
καλὸν ἔσοιο νυμφίῳ,  
καλὸν ἔσοι νύμ-  
φῳ, καλὸν συνάιμοις πᾶσιν!

LIPSIÆ  
addeb.

παλαίῳφιλίας ἔνεκα

M. Sebastianus Gottfried Starck/ad D,  
Nicolai designatus Con-Rect.



Stadtbibliothek Chemnitz



A 145109 5



SLUB

Wir führen Wissen.



STADT  
BIBLIOTHEK  
CHEMNITZ



Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in Gothic script, likely bleed-through from the reverse side.